

C V D

A T G G

1 6 1 1

R. D. 267

A. 309

Sammlung

Genehmigt:
Amt für Volksbildung
Halberstadt
Prüfungskommission

J. VII, 896.

~~III No J. V 18~~

Gelehrte
Bibliothek
Bücher
Bibliothek



IOAN. CASELII.

NATALIS

DVODESEPTVAGESIMVS.

XV. KAL. IVN.

Anno supra millesimum sexcentesimo.

Ευριπίδης, Ερεχθῆ.

Μετὰ δ' ἡσυχίας πολιῶν γήραϊ συνοικοίην.

*Magnifico et nob. mo. do. Christophoro
a' Dorstelt.*

HELMAESTADII,
in academia Iulia.

Ιωάννης Κασελίος.

Bohus.





Prio si detur, vitæ quos egeris annos,
Integer vt rediens ad pristina quæq;, re-
cudas:

Numquid reperere humi quadrupes, va-
gireq; malis:

An pede dum tenero, calamos equitare, vacillans:
An disco æquales alij sive laceffere ludis,
Haud secus atq; hominum vitæ si seria desint:
An te mancipio Cythereæ & dedere vino,
Vt viuas, licet ipsa neget te viuere virtus:
An vel signa sequi miles, vel ducere turmas,
In populos, non absq; tuo discrimine, princeps:
An vel difficiles sudans componere lites,
Vel docto eloquio patriæ fulcire salutem,
Ancipiti casu rerum famæq;, senator;
Quàm benè decurso fugitiuæ tramite vitæ,
Perpetuo Sophiæ studio lenire senectam,
Menteq; suspirare e turba ad sidera cœli?
Qui sapiat, cum iam metæ sit proximus isti,
Nil velit illorum. Nam sunt breuia atq; caduca
Singula. Te quod enim manibus prendisse putâris,

Labi-

L 57,

Labitur è digitis, vt præceps humor aquar.
Nonne quis è specie hac speciem demigrat in illam
Vah, subitò? quod es hoc lucis, cras non eris: an non
Qui paucis nouit te mensibus antè, regressus
Post aliquod spacium, tacito te lumine lustrans,
Hæsitat, èq; alijs, qui sis, quo nomine, quærit.
Sæpè adeò fit, si reputes tua sæcula tecum,
Quo fueris ore & membris, qua mente animoq;
Immemor ipse tui, vix vt te noueris ipsum.
Non refert, etiamsi vulgo sordeat illud,
Quod mihi cum paucis est cordi nobile dictum.
Nil horum cupio, quæ sint absumpta, nouari
De integro. Quid enim primo non vilis ortu
Extitit? hæc ratio est naturæ scilicet: an non
Ex vteri ploratu, ad canos vsq; senectæ,
Ordine deterior meliorem protulit ætas?
Ac licet hos annos, nec diuitiæ, nec honores
Extulerint clari, mihi non optata, benignè
Me tamen Antiphilos contra bona fama tuetur.
De populo doleat, detesteturq; senectam,
Per suspiria calda reposcens præteritas res:
Nequidquam: quoniam si votis cuncta recurrant,
Vita reuersa homini nihilo felicior extet,
Cui nunquam in solida re mens secura quièrit.

Viuerē qui nescit, tanquam præponderet Aetnæ,
Vsq; adeò plorat senium: pietatis egentes
Terrificat miseris animis Acherusius angor.
At me grata quies demulcet pectore toto,
Dum sequor officij partes pro viribus, & ne
Cui desim video, qui me sibi fortè requirat:
(Namq; bono cuius hominem non lædere prom-
ptum est:

Qui faciat, Lybies habitet loca sola ferarum.)
Dum quoq; quottidiè verso Sophiæ aurea scripta,
Qui fuerim, meditans, qui sim, quo deniq; pergam,
Non certè in nihilum, sed vbi, quod credere nobis
Haud dubia spe fas, vita omnia, & omnia sunt lux:
Non mentes operit caligo, nec occupat error,
Non ibi vis, nec Eris, nec tætra calumnia, nec fraus:
Non morborum acies, nec mors, nec mortis imago:
Quæ præteruectus fera monstra, ex æquore vasto,
In portum æthereum speratæ pergo salutis.

Lucius Valerius



AB: 153966

ULB Halle 3
001 509 306





Sb.

2

VD 17







IOAN. CASELII.
NATALIS
DVODESEPTVAGESIMVS.

XV. KAL. IVN.
Anno supra millesimum sexcentesimo.

Ευριπίδης, Ερεχθίδι.

Μετὰ δὲ ἡσυχίας πολιῶν γήραϊ συνοικοίητο.

*Magnifico et nob. mo. Ch. Christophoro
a' Dorstelt.*

HELMAESTADII,
in academia Iulia.

Ιωάννης Ναστάσιος.

30 Junij